

periculum sit aut etiam solius nocte metus uel admiratio. Nos quare non cre-  
dimus quod omnes ad stabimus ante tribunal xpi ut oportet unusquisque pro  
pria corporis prout gessit siue bona siue mala haec si integre crederemus et  
nobis secundum quod scriptum est Redemptio animae uiri diuitiae eius. Sed un-  
de possumus haec uel sentire uel credere uel intellegere cum ne ad haec ipsa quidem  
audienda conueniamus. Quis enim uestrum cum recitantur scripturae praebet  
audiam. dñ per prophetam comminatur & quidem in iram magna & in iram fame  
super terram. non famem panis nec sitim aquae sed famem audiendi uerbi dñi. Sed  
nunc famem non misit dñs super ecclesiam suam. neque sitim ad audiendum uerbi dñi.  
habemus enim panem uiuum quid de caelo descendit. habemus aquam uiuam salien-  
tem in uitam aeternam. Cur nos ipsos fecunditatis tempore famem necimus. ac si  
tipigis & desiderium animae est in abundantia omnium paenuriam pati non audistis  
sed in uis scripturis quia certamen est & inlesum permanet. Ita & te uult scito fidei  
esse protectum quo omnia iacula maligni ignitarum estinguas. haec tamen omnia uult  
te esse composita. nihil inordinatum. nihil inquietum. nihil inexcensum. sed hoc uult  
ut omnia nostra composita & honeste fiant. Stat ergo etiam nunc uerus pontifex  
noster xps & repleri uult manus suas in excensum composito minuto & ab una quaque  
ecclesia quae sub caelo est considerat quid offeratur quam integre incensum suum  
diligenter quae componat. quam minuto id faciat. Id est quomodo unusquisque nostrum  
operasua ordinet. quomodo sensum ac uerba scripturarum spiritali explanatione  
discutiat. nec angelorum ministeria ab huiusmodi officis desunt. angeli enim  
descendunt & ascendunt ad filium hominis. perquirunt & curiose agunt quid in  
unoquoque nostrum inueniant quod offerant dño. Uident & perscrutantur unus cuiusque  
nostrum mentem si habet aliquid tale. si tam se aliquid cogitet quod dñm offeratur  
offerri. Inueniunt & considerant si quis nostrum ex his quae dicuntur in ecclesia  
corde conpungitur & animum conuertit ad poenitentiam. Si his auditis corri-  
gere uias suas cogitet & obliuisci praeterita & preparare se ad futura. saltem secun-  
dum achab. sed in his omnibus quid de illis dicam quae nec audiunt auribus haec nec  
concedere capiunt. quae in illis conpunctionis spes quae conuersionis suspicio. quae  
emendationis uia. Si enim etiam de his qui audiunt dubitamus quid speramus  
illum impiissimum de quo dicit dñs uidisti quomodo conpunctum est cor achab